relinquen(t) cum omni eorundem iure dominio et proprietate omnibusq(ue)
et singulis bonorum eorundem rerumq(ue) suprascriptarum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus commodis obventionibus attinen(tiis)
et pertinen(tiis) generaliter universis tenebit habebit et possidebit, illisq(ue)
quiete et pacifice uti fruetur ad extrema duntaxat vitae suae
tempora, post mortem vero et de hac luce decessum supradicti
praenobilis Annae Perleckae Consortis suae ex tunc bona eadem
suprascripta omnia ad successores praefati nobilis Alexandri Per-
leckii mariti sui sine ulla contradictione et impedimento successo-
rum praefatae nobilis Annae Perleckia Coniugis suae cum pleno
iure eorundem bonorum omnisq(ue) ... omnium devolventur.

Feria Tertia ante Festum Praesentationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo. 17

Strus Pocillator Vielunen(sis) Inscriptionem Approbat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesen(tibus)

2450

Castren Capitan Præmyslien Generosus Michael Paulus de Smusy
Smus Pocillator Wielunen Generosi olim Erasmi Smus filius Ge-
nerosi vero olim Andreæ Smus filiaster cum Generosa Dorothea
de eadem Smusy Kotkowska frater patruelis germanus Ge-
nerosi vero Stanislai de Rudoltowice Kotkowski Consortis
legitimæ de linea paterna proximior amicus Sanus mente et
corpore existens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus
suis quibusvis competentibus recedendo Præsenti vero Castren
Capitan Præmyslien Jurisdictioni quoad actum hunc attinet
se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq subjiciendo palam libere publice
ac per expressum recognovit. Quia ipse eliberando supra
scriptum eundem Generosum Stanislaum Kotkowski ab one
re submissionis coram Officio et Actis Castren Capitan Craco
vien ratione adductionis sui recognoscen ad infrascripta
recognoscenda facta super quietationem de summis vra vi
delicet Decem Millium Florenorum Polonicalium dotis, et alia
simili Decem Millium Florenorum Polonicalium dotalitij per eu
dem Generosum Stanislaum Kotkowski prædictæ Consorti suæ
super medietate omnium et singulorum bonorum suorum mod re
formatorio coram Actis quibuscunq Regni authenticis inscripto
atq de ipsa inscriptione reformatoria per prædictam Genero
sam Kotkowska coram Actis Castren Capitan Cracovien in per
sonam eundem manu sui recognitam necnon super recessum a
iure advitalitio quoad bona villarum Kostolka et Sulma
nie sese extenden per eandem Generosam Kotkowska
coram Actis Castren Capitan Novae Civitatis Korczyn factum
et recognitum consensit, eandem quietationem atq recessum
a iure advitalitio ad bona prædicta Kostolka et Sulmanie

eidem Generosa Kotkowska antea serviente in toto et per omnia approbat confirmat et ratificat. Actum sua praesenti personali recognitione ad praemissa mediante.

Rostecki Ratynskiemu Retrocedit.

96

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Generosus Franciscus Dunin Rostecki Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribusque Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo Praesenti vero Castren Capitan Praemyslien Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Qui a se de omni et integro iure suo in praescripto summam illi summa Ducentorum aurei quinquaginta Florenorum Polonicalium Generoso Michaeli Casimiro Ratynski Regenti Cancellariae Castri Praemyslien Decreto Officii praesentis in Terminis Querelarum et Causarum Officii Sena Terna post Festum Sancti Lucae Evangelistae proxime praeteriti proxima in Castro praesenti Praemyslien celebratis inter eundem Generosum Regentem Cancellariae Castri Praemyslien ab una et Famatum Petrum Buchalski Civem et Incolam Praemyslien partem ab altera ratione Summae Suprascriptae prolato adiudicata sibique Recognoscenti Decreti Officii praesentis cessa et condescensa, nec non de eadem ipsa Inscriptione cessionaria Castren Praemyslien suo in tenore desc... missa latius atque de praefato Decreto Officii praesentis. Cum omni praemissorum iure proprietate competentiaque et pro omnibus praerogativa quavis, omnibusque et singulis tam Inscriptionis praedi... et cessionariae quam et ipsius Decreti conditionibus punctis